

THESES QUAS ABRAHAMUS TESCHER

GALICIANUS

PRO CONSEQUENDA DOCTORIS JURIS CIVILIS LAUREA
IN ALMA UNIVERSITATE PATAVINA
PUBLICE DEFENDENDAS SUSCEPIT
DIE X. MENSIS JULII MDCCXXXIV.

EX JURE NATURAETE PRIVATO ET PUBLICO, TUM EX JURE CRIMINALI

1. Usucapio ex stricto jure naturae modus non est vere juridicus ad rerum dominium adquirendum.
2. Nullus contractus ubi errore essentiali consensus vitiatur.
3. Jus quod victoribus in captivos competit ad simplicem tantum custodiam se extendit usque ad recuperationem vel ad pacem.
4. Condemnationis sententia adversus reum pronunciari nequit, nisi in ejus crimen poena statuta sit, tum a lege quae vigebat tempore actionis patratae, tum a lege quae viget tempore sententiae.

EX STATISTICA

5. Cognitio Statistica propriae regionis inducit amorem patriae.
6. Hodie numerus incolarum Europae est major ac fuerat saeculo XVIII.
7. Nonnulla naturalia impedimenta opponuntur progressibus industriae in imperio Russiae.

EX JURE ROMANO ET FEUDALI

8. Restitutio in integrum minori data fidejussori ejus non prodest.
9. Querela inofficiosi nec a principibus inventa nec lege Glicia introducta est, sed moribus magis et consiliis jure consultorum derivata.
10. Qui renunciat paternae haereditati, feudo quidem renunciat.

EX JURE COMMERCII

11. Pretium rerum est in ratione inversa earum quantitatis, atque in ratione composita inver-

sae quantitatis productorum et directae impensarum ac laboris.

12. Mulieres matrimonio junctae possunt sine expresso consensu mariti mercaturam exercere.
13. Litterae cambiales nullius momenti sunt, nisi accedat tractarii acceptatio.
14. Magister navis intuitu mercium concreditarum depositarius evadit et qua talis tenetur.

EX JURE CIVILI AUSTRIACO

15. Matrimonium per procuratorem contractum sine consensu Gubernii est illicitum, sed non invalidum.
16. Codex judiciarius in casu omissae litis denunciationis non est in genere derogatus a Cod. Civili, sed in illis tantum casibus qui ab hoc specialiter nominantur.
17. Debitum praescriptione extinctum compensationis exceptionem non tribuit.

EX SCIENTIIS POLYTICIS

18. Ex ipsis Societatis civilis indole atque natura jus puniendi derivatur.
19. Omnis industriae humanae species productioni quam maxime utilissima.
20. Leges civiles peculiaribus circumstantiis tam loci quam temporis quantum fieri potest accommodandae.

EX CODICE JUDICIARIO

21. Debitor in custodiam tradi potest etiam propter obligationes ante promulgationem Codicis Judiciarii Austriaci contractas.
22. Unus testis, etiamsi omni exceptione major sit, ad probationem semiplenam constitutam non sufficit.

АБРАХАМУС ТЕСЧИЕР ГАУС

KNY-19-01240

